

lapsus ad Hludowicum regem patrum suum defecerat, in episcopatu successit IIII. Id. Mart. non solum ex voluntate regis, verum etiam ex consensu et electione cleri et populi' 1. 2. et electione cleri et populi' Red. III.

863 schliessen 1 und 2: 'Scripturam autem utriusque partis quisquis curiosus scire voluerit, in nonnullis Germaniae locis poterit invenire' ['Hucusque Ruodolfus' 1]. Die Hss. der dritten Gruppe bieten statt dieses Sätzchens zwei Actenstücke, welche die Absetzung der Erzbischöfe Günther und Thietgaud betreffen.

864 haben 1 und 2 am Ende des Berichtes: 'Guntharius Coloniae civitatis episcopus poenitentia ductus, quod ministerium sacerdotale ab apostolico sibi interdictum contingere praesumpserat (praesumpsisset²), Romam profectus est, sed restitutionis vel satisfactionis locum minime invenit'.

Dagegen Red. III. am Anfang: 'Guntharius Coloniae civitatis episcopus poenitentia ductus, quod contra domnum apostolicum iniustae rationis contentionem inchoaverat, reconciliationis sui et emendationis gratia Romam profectus in praesentiam apostolici viri Nicolai venit, sed veniam minime consecutus est'.

Der Bericht des Jahres 865 lautet

in Red. I. und II: 'Werinharius comes, unus ex primoribus Francorum, apud Hludowicum regem accusatus, quasi Rastizen suis hortationibus adversus eos (eum²) incitasset, publicis privatus est honoribus.

Arsenius episcopus Nicolai pontificis Romani (Rom. pont. 2) legatus, ob pacem et concordiam inter Hludowicum regem et nepotes eius, Hludowicum videlicet Italiae imperatorem et Hlotharium fratrem eius, renovandam missus est in Franciam. Qui mense Iunio veniens apud Franconofurt a Hludowico rege honorifice susceptus est; a quo absolutus in Galliam perrexit et Theotpergam reginam a Hlothario dudum dimissam, sicut ei ab apostolico iniunctum fuerat, eidem regi restituens Wald-

in Red. III: 'Ruodolfus Fulden-sis coenobii presbyter et monachus, qui apud totius pene Germaniae partes doctor egregius et insignis floruit historiographus et poeta atque omnium artium nobilissimus auctor habebatur, VIII. Id. Mart. diem ultimum fideliter clausit. Decessit autem eodem anno Ernustus comes.

Et Arsenius episcopus, Nicolai papae Romanae urbis legatus, ob pacem et concordiam inter Hludowicum et Karolum fratrem eius necnon Hludharium nepotem eorum renovandam atque constituendam missus est in Franciam. Qui apud villam regiam Franconofurt a Hludowico rege honorifice susceptus et muneribus magnificis honoratus conditoeque inter eos pla-